The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio n
cum uariis

Non casu factum est ut discipulis Dominum uidentibus post resurrectionem, electus ille discipulus tunc deesset, post autem ueniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet. Non casu gestum est, sed uidendo et palpando factus est testis uere resurrectionis.

Gregorius in omelia tractans illud Iohannis XX.: Quia uidisti me Thoma credidisti.

____

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

autem] aut B; credidisti *om*. B P V^1 V^2 L^1 L^2